

XVIII. Venditur & Cobaltum tantum tostum & cum duabus vel tribus partibus siliicum vel quarzi commixtum, sub titulo *Zafflor*, item *Zaffera*, pro figulis. Ubi hoc meretur commemorari, quod pulvis hicce in vasis, quibus devehitur, tam compactum fiat, & quasi concreseat, ut duri lapidis instar, malleo opus habeat ad comminuendum.

XIX. Cæterùm Cobaltum per se argentum non continet. Quamvis enim detur ejusmodi vena, ex qua nobile hoc metallum excoquatur, tamen non nisi per accidens fieri exinde liquet, quia eadem vena illic plus, hic minus, & ut plurimum planè non argentifera est.

XX. Hoc non obstante, argentum nativum super Cobaltum non rarò reperitur, quod verò non aliud, quam hoc arguit. mineram illam argenti non incongruam esse matricem.

Tantum ferè est, quod, propriâ experienciâ de Cobalto cognitum, recensitione dignum duxi. Quod superest, L. B. rogo, hanc rudi, quod dicunt, Minervâ conscriptam commentationem, sereno vultu velis suscipere, & cogitare, quod nec ego istud abs me alium arbitror, quæ quid iis solet accidere, qui, nullo duce prævio, fragoras & inaccessas vias, ad Naturæ arcem tendentes, primi invadunt. Vale. Perscripsi *Lipsiæ*, Menis *Quinti*. A. R. S. MDCCXXVI.

F I N I S.

ERRAT. Pag. 197. Lin. 24. lege *laudatus*.